



~~17~~ EX BIBLIOTH.  
NATIONIS HUNGAR.

VITEBERG.

17-28.

SIGNAT. MDCCCLXIII

I  
II  
III  
IV  
V  
VI  
VII  
VIII  
IX  
X  
XI  
XII  
XIII  
XIV  
XV  
XVI  
XVII  
XVIII  
XIX  
XX  
XXI  
XXII  
XXIII  
XXIV  
XXV  
XXVI  
XXVII  
XXVIII  
XXIX  
XXX



# Cathalogus Dissertationum in hoc Volumine repertarum

- I. M. Gottlob Kahlii Commentario de Aetate qua apud Ebraeos & Christianos Veteres sacra  
 auspiciis muneris moris erat usque Anno 1735.
- II. N. Christiani Stephani de pur Philologia Latina in Moses senesim e Hebraeis Patzarcharum  
 collegent Wittebergae An. 1727.
- III. Joh. Georgii Zurlinden & Sebastiani Philologiae Tomus in Historiam Sappho Sen III. 1-6. Jenae 1734.
- IV. Christiani Benedicthi Michaelis de Magna Charta Chronographia Philologica de Locorum differentia na  
 tione Antea postica de hinc Philologiae Italiae Martii 1735.
- V. Joh. Jacobi Quarat Epimeni controverfarum tentatum de Sacerdotio Melophaechiano de causa An. 1735.
- VI. N. Davidi Pierrepiero Problema Philosophicum utrum Sufus ac Alophus Graeci fuerit philosophum An. 1735.
- VII. N. Augusti Tittelii de Theologiae Sacrae de Serypho Iphigenei divinatorio ad Sen. XLV. s. Torgaviae 1735.
- VIII. N. Augusti Kichterli de Philologia de Silecio incantatore & propheta peccatoe Witteb. 1739.
- IX. N. Fridrici Meinkart. Propheeta Mosi pars ad Sen. XVIII. 15. Sep. Jenae 1736.
- X. Theodon Dassouli. Formanni Witteb. P. Cl. Sines facilius delineat. Jenae Witteb. 1736.
- XI. - - - - - eundem. Astrationem. Hebraeorum de picanis Comata P. Cl. Sines. Jenae 1735. Witteb.
- XII. - - - - - Viduan. Hebraeam. habita 1739. Jenae 1734.
- XIII. - - - - - De Summi Pontificis origine in sanctum sancto. habita 1731. Jenae Witteb. 1735.
- XIV. - - - - - Imagines Hebraeorum velam qua regna ante circumferuntur. habita 1731. Jenae Witteb. 1735.
- XV. Georgii Farka. de Aetate Hungari de quaestione Philologica de reu inaugurationis abis Hebraeos.  
 Summi Pontificis ad portos de un. Pontifici de un. Actum. Dotingae 1737.
- XVI. Philippo Theodon Muetzel Commentario Philologiae de Hebraeo & Josil ad Sen. XXV. s. - P. Schmidtii 1728.
- XVII. N. Anton. Julii von Am. HADOT. de Philologiae de Hebraeo & Josil ad Sen. XXV. s. - P. Schmidtii 1728.
- XVIII. Francisci Wokenii de Excelis Hebraeorum Witteb. 1727.
- XIX. N. Joh. Fr. Truchii Commentario de Nutiere peccatoe aqua Hebraeorum hese habita Lpina 1744.
- XX. Christophori Cellardi de Captivitate de Hebraeo & Josil ad Sen. XXV. s. - P. Schmidtii 1728.
- XXI. Georgii Laphelli de Captivitate de Hebraeo & Josil ad Sen. XXV. s. - P. Schmidtii 1728.
- XXII. N. Joh. Samuel Billebi de Captivitate de Hebraeo & Josil ad Sen. XXV. s. - P. Schmidtii 1728.
- XXIII. M. Georg. Carol. Petri de Captivitate de Hebraeo & Josil ad Sen. XXV. s. - P. Schmidtii 1728.
- XXIV. - - - - - Diss. IIIa. - habita 1725. Witteb.
- XXV. - - - - - Diss. IIIa. - habita Witteb. 1730.
- XXVI. - - - - - Diss. IV. - habita Witteb. 1733.
- XXVII. - - - - - Diss. V. - habita Witteb. 1733.
- XXVIII. - - - - - Diss. VI. - habita Witteb. 1733.
- XXIX. N. Joh. Just. Sonne. de Captivitate de Hebraeo & Josil ad Sen. XXV. s. - P. Schmidtii 1728.
- XXX. Joh. Phil. Carl. de Captivitate de Hebraeo & Josil ad Sen. XXV. s. - P. Schmidtii 1728.

J. A. Benedicti  
 Scr. Witteberg. A. R. S.  
 MDCCLVIII. d. 3. Julii

- XXXI. Christoph. Ernst Schmidii. Sacrificium a perisio offerentiam c. Leu. V. 20-26 Sena 1739
- XXXII. Joh. Christoph. Lange Diss. Historico-Theol. de mirabili sua propheta Jona. Holm. Mag. 1731.
- XXXIII. Otto Nathanael Nicolai. Essa. Regis Edom combusta Hagi II. 1. Lipsia 1733.
- XXXIV. N. Sigis. Fried. Flacey. Hies. vigen. Symbolum dei Aqa XIV. 9. Lipsia 1731.
- XXXV. N. Joseph. Chachi. Wertheri Diss. Philologia, qua ex Zach. III 8. Iosuaam summum Ebraeorum  
Iacobi opem etiam socium 1733. ¶ S appellatus fuit Sena 1741.
- XXXVI. Conradus Henricus Thilo. Philologia; de Vnctione baptisatorum mectibus iuncta et  
mutua offensionum confessione sc. ad Jacob. Cap. V. 614. 15. 16. Sena 1749.  
Diss. Theol. Philo. de Ritus Chruis. vobem Dei et habitacula altis.
- XXXVII. - - Juni in regantibus ad Paul. XVI. 5. Sena 1742.
- XXXVIII. Carol. Henricus Zeibichii. Diss. de Cantone solenni in prima Paschatis nocte apud  
Herao recepta ad Illustrationem heb. XXX. 2. Mat. XXV. 30. sc. Wetzl. 1746
- XXXIX. Gulielm. Ludou. Nitzschii. de honore thimane perod. Hie. hie. hie. hie. hie. Wetzl. 1750.
- X. Guil. Bergeri de Pompeio Hierosolymario Diss. 1742. Wetzl. 1741.
- XI. Joh. Guil. Bergeri. de Pompeio Hierosolymario Diss. 1742. Wetzl. 1741.
- XII. Joh. Friedr. Schlegelii. de Craculis Christi natiuitate non. hie. hie. hie. hie. hie. 1743.
- XIII. Joh. Friedr. Schlegelii. de Craculis Christi natiuitate non. hie. hie. hie. hie. hie. 1743.
- XIV. Joh. Friedr. Schlegelii. de Craculis Christi natiuitate non. hie. hie. hie. hie. hie. 1743.
- XV. David. Koeleri. Diss. de Julia Augusta Sena 1715.
- XVI. Joh. Bull. de Berger. Obrenuaciones et nomen antiqui hie. hie. hie. hie. hie. 1745.
- XVII. Des. de ritu Capitis in facie operiendi. Defectus hie. hie. hie. hie. hie.
- XVIII. Des. de ritu Capitis in facie operiendi. Defectus hie. hie. hie. hie. hie.
- XIX. Laurentii Reinhardi. de Graeca Lingua facis Commentariis Witteb. 1722.
- XX. Georg. Ludou. Cederi Commentarij. de Antiquissimo Sena 1744.
- XXI. Joh. Friedr. Walchii Comment. de Nummo Hieronis antiquissimo Sena 1744.
- XXII. Joh. Friedr. Walchii Epistola. de Litis Philo. hie. hie. hie. hie. hie. 1744.
- XXIII. Joh. Friedr. Walchii Epistola. de Litis Philo. hie. hie. hie. hie. hie. 1744.
- XXIV. Joh. Friedr. Walchii Epistola. de Litis Philo. hie. hie. hie. hie. hie. 1744.
- XXV. Joh. Friedr. Walchii Epistola. de Litis Philo. hie. hie. hie. hie. hie. 1744.
- XXVI. Joh. Friedr. Walchii Epistola. de Litis Philo. hie. hie. hie. hie. hie. 1744.
- XXVII. Joh. Friedr. Walchii Epistola. de Litis Philo. hie. hie. hie. hie. hie. 1744.
- XXVIII. Joh. Friedr. Walchii Epistola. de Litis Philo. hie. hie. hie. hie. hie. 1744.
- XXIX. Joh. Friedr. Walchii Epistola. de Litis Philo. hie. hie. hie. hie. hie. 1744.
- XXX. Joh. Friedr. Walchii Epistola. de Litis Philo. hie. hie. hie. hie. hie. 1744.
- XXXI. Joh. Friedr. Walchii Epistola. de Litis Philo. hie. hie. hie. hie. hie. 1744.
- XXXII. Joh. Friedr. Walchii Epistola. de Litis Philo. hie. hie. hie. hie. hie. 1744.
- XXXIII. Joh. Friedr. Walchii Epistola. de Litis Philo. hie. hie. hie. hie. hie. 1744.
- XXXIV. Joh. Friedr. Walchii Epistola. de Litis Philo. hie. hie. hie. hie. hie. 1744.
- XXXV. Joh. Friedr. Walchii Epistola. de Litis Philo. hie. hie. hie. hie. hie. 1744.
- XXXVI. Joh. Friedr. Walchii Epistola. de Litis Philo. hie. hie. hie. hie. hie. 1744.
- XXXVII. Joh. Friedr. Walchii Epistola. de Litis Philo. hie. hie. hie. hie. hie. 1744.
- XXXVIII. Joh. Friedr. Walchii Epistola. de Litis Philo. hie. hie. hie. hie. hie. 1744.
- XXXIX. Joh. Friedr. Walchii Epistola. de Litis Philo. hie. hie. hie. hie. hie. 1744.
- XL. Joh. Friedr. Walchii Epistola. de Litis Philo. hie. hie. hie. hie. hie. 1744.
- XLI. Joh. Friedr. Walchii Epistola. de Litis Philo. hie. hie. hie. hie. hie. 1744.
- XLII. Joh. Friedr. Walchii Epistola. de Litis Philo. hie. hie. hie. hie. hie. 1744.
- XLIII. Joh. Friedr. Walchii Epistola. de Litis Philo. hie. hie. hie. hie. hie. 1744.
- XLIV. Joh. Friedr. Walchii Epistola. de Litis Philo. hie. hie. hie. hie. hie. 1744.

1744  
26

I. N. J.

LVSTRATIONEM  
HEBRÆORVM,

ad explicanda commata,

*Pſalm 51, 9. & Hebr. 9, 13. 14.*

h. e.

Von den leiblichen Reinigun-  
gen der alten Hebræer,

PRAESIDE

THEOD. DASSOVIO,

Ling. Sanctæ & Orientalium reliquarum

Prof. Publ.

publice exponet

M. GEORGIUS HANER,

Schæsburgo-Transylvanus,

*In Auditorio Majori,*

Ad diem 21. Decembr. A. clō lōc XCII.

---

recuf. WITTENBERGÆ, 1735.

LITERIS JOH. GODOF. SCHLOMACHIL (2)

LASTRATIONEM  
THEOREM

ad explicanda commenta  
P. H. A. S. & H. A. S. 1714

von dem berühmten  
von dem berühmten

THEOD. DASSOVIO

lang. sacrae & Orientalium reipublicae  
Prof. Publ.


M. GEORGIVS HANER

in

Ab diebus de Decemb. A. 1714

recit. in





### III

#### I.



Vi inquinarent se in Hebræa gente cadavere, vel fordibus ex eodem emanantibus, vel vasis illas recipientibus, vel sepulchro, lustrari dicabantur, si aqua cineribus mixta tingerentur. Quæ de humano cadavere accipit *Abarb.* in *Perusch. Hattor. fol. 302. c. 12.*

#### II.

Polluebant autem se, quicumque vel tangerent ejusmodi aliquid, parte nuda corporis, vel portarent, sine tactu, vel obumbrarent, aut locum mortuo con-

A 2

tami-

taminatum ingrederentur, vel in eundem partem aliquam corporis protenderent, docente *Maimonide in Tummab Meth cap. 1.* & *Abarbanele in Perusch Hattora fol. 302. c. 2.*

### III.

Atque hæc contaminatio habebatur summa, ac novendecim præcipuas continebat immundities. quandoquidem non modo ille qui cadavere inquinatus erat, sed & qui inquinatum tetigerant, vasa quoque inquinata cadavere, & qui illa tetigerant, præcipuam contrahebant immundiciem; Quid quod cadaver ipsum non modo, sed ejus membra quoque, & fordes præcipuo & summo gradu polluerent, scribente *Maimonide l. c. c. 2* & *in præfatione in Seder Toboroth col. 1.* & *in commentario in Mischnam Oboloth cap. 2.*

### IV.

Hinc facile apparet, cum peccata vocantur opera mortua, *Ebr. 9, 14.* summam eorundem foeditatem innui, quoniam immundities ex mortuo contracta erat summa & omnium foedissima.



V.

Hac itaque qui liberari cupiebant, aqua cineribus mixta tangebantur, docentibus Hebræis, & cum illis *Isaaco Bar Ledri in Paaneach Rasa fol. 69. edit. Pragensis.* Unde in eodem loco Ebr. 9, 14. sanguis Servatoris sanctissimus cum lastrali hac Hebræorum aqua comparatur, tanquam unico remedio summam immunditiam tollente, & aqua omnium sanctissima, ut sicut hæc aqua tollebat summam feeditatem corporalem, ita sanguinem Servatoris tollere summam peccati immunditiam adumbraretur.

VI.

Aquam hanc hauriebant ex fonte vel fluvio, modo esset aqua viva, sive scaturiret, & si eret ac inter hauriendum & consecrandum non alia opera peragerentur, juxta *Majm. in Para Adoma c. 6. & 7.*

VII.

Consecrari aqua dicebatur, si cineribus vaccæ rufæ misceretur, sive si cineres injicerentur; solebaturque

que post consecrationem diligenter custodiri, ne alia aqua vel ros vel liquor alius accederet, vel immundi quid in illam caderet, aut animal immundum de illa biberet. *ibid. c. 9.* Volebant hoc imitari quodammodo gentiles, qui titionem ardentem de ara sumptura immergebant aquæ. *Vid. Laurent. in Polymatia lib. 2. dissertatione 18. & Bogan, atque Rousius in Archaeologiis Atticis p. 54.*

### VIII.

Licet autem haurire aquam & consecrare posset aspergereque quilibet, modo esset mundus, nec impos mentis, nec surdus, nec minorennis, *docente eodem Majmonido c. 6. 9. & 10. & Aharb. in Perusib Hattora fol. 302. col. 3.* tamen si sacerdos vaccam combusturus aspergendus esset, hauriri aqua ex amne Siloæ ab infantibus, nunquam ex mortuo immundatis, debebat, aspergique ille ab iisdem, ex quo loti erant, vel ab adultis hominibus, *excipiente eodem c. 2.* Hinc defendi *Striodnensis Pater* potest, qui asperzionem factam a pueris arbitratur, modo non omnem asperzionem pueris attribuat. *Vid. Summus Carpovius in altera Disp. de vacca rufa p. 176.* Ita quoque infantes annos tredecim naros abluisse illos, qui descendere in Trophonii antrum ad oraculum cuperent, docet *Van Dale de Oraculis p. 266.*

## IX.

Aaspergebatur sacerdos ille d'ebus singulis excepto die quarto, quæ caderet in Sabbarum. *v. ibid. c. 2.* Sed alii qui contaminati erant cadavere, tingeantur die tertio & septimo, ex quo oriri sol inciperet, *ibid. c. 11.* & quidem ex fenestra, sive unus, sive plurimi tingi cuperent, aqua illa lustralis spargebatur. *ibid. c. 15.*

## X.

Neque solus sacerdos tingeat inquinatos, sed tingere quilibet eosdem poterat, modo esset mundus. Hæ tamen observabantur regulæ, ut qui aspersurus esset, eum locum tingeret, quem tingere intendebat; deinde, ut daret operam, ut corpus ipsum, quæ nudum erat, tingeretur, sive in faciem, sive in manus aquæ laberetur; denique ut hyssopum tres continentem caules, sive majores essent, ut manu prehendi possent, sive minores, ut baculo alligarentur, modo foliis abundarent integris, aquis immergeret, *ibid. c. 10. & 11.* Si tamen vel minima corporis particula maderet aquis illis, videlicet vel labium, vel digitus, excepta lingua, homo inquinatus pronuntiabatur mundus. *ibid. c. 12.*

XI

## XI.

Quamvis autem vestes quoque & vasa ac utensilia his aquis mundarentur, tamen si in vestem caderent, qua indutus homo contaminatus erat, non munditiei compos reddebatur, nisi nudum corpus maderet. *ibid. c. 12.*

## XII.

Præter aspersionem aquæ, Loto quoque totius corporis injungebatur (ex cadavere inquinato; quod si lavasset, & non esset tinctus aquis sanctissimis, non ipsi conducebat lotio. Vid. *Abarb. in Peruscb Hattora fol. 302. col. 2.*

## XIII.

Cinis, cujus mentio injecta est, vaccæ rufæ erat, in monte oliveti combustæ; Combustio fiebat hoc modo: Præcedebant Seniores populi & Sacerdos ceterique ad combustionem requisiti cum vacca sequebantur. Cum ventum in montem oliveti esset, seniores imponebant sacerdoti manus, jubebantque, ut lavaret. Loto sacerdote construebantur ligna, ex cedris quercubus abietibus & ficibus, foraminibus in frue relictis, ut sufflari ignis posset. Deinde vacca con-

constricta fune junceo imponebatur lignis, capite ad austrum, facie ad occidentem versa, sacerdosque stans in oriente, & facie occidentem spectans vaccam jugulabat manu dextra, sinistra excipiebat sanguinem, illumque indice dextro aspergebat septies verus Sanctum Sanctorum, tandemque manu in corpus vaccae absterfa descendens de strue illam incendebat, & ex quo ignis maximam lignorum partem invaserat, fidebat ventrem, lignumque cedrinum, hyssopum & lanam coccineam inferebat, *docente Maimonide l. c. cap. 2. Conferatur Pesikta Sotarta, edit. Venetæ fol. 53. 54. & Miscbna Para c. 3. edit. Rivenf. in fol. & Wilmersd. in 4. & Menassis ben Israel in 8. Eadem ratione sanguinem Servatoris guttatim sparsum in monte oliveri fuisse, cum sudor sanguineus deflueret, docet L<sup>s</sup> Empercur in Middoth. p. 58.*

#### XIV.

Posteaquam combusta vacca erat, cineres residui in tres dividebantur partes, ut una deponeretur in Antemurali Templi, in aspersionis memoriam, altera in monte oliveri, ad aspersiones populi, & tertia inter sacerdotum custodias divideretur, ad sacerdotum aspersionem adhibenda, juxta *Majm. l. c. c. 3. Conferatur de iis locis Arama in Akedath Fitzebach fol. 219 col. 3. edit. Venet.*

#### XV.

Hanc vaccae combustionem, & aquam ejus ci-

B

MARI

neribus mixtam adumbrasse liberationem a peccatis, Hebræi non obscure innuunt. *Elieser Germanus in Masse Haschem fol. 165. col. 1. edit. Venet.* aperte confitetur, juvencam hanc præfigurasse peccatum, & colorem ejus rubrum, indicare judicium Dei. Idem *asserit Seba in Tzeror Hammor. edit. Venet. f. 119. Josua Aben Sueb in Deraschot al Hattora edit. Cracov. fol. 68.* scribit, juvencam hanc respexisse ad immunditiam mortis, per serpentem contractam, illamque voluisse emendare. Aquam Judæorum lustralem adumbrasse mundationem a peccato annotat *Obadias de Saphorno in Biur al Hattora, edit. Venet. fol. 61. c. 3.* qui etiam rubedinem juvencæ indicasse peccatum autumat *ibid. col. 2.* Expiatum hac juvenca fuisse peccatum in aureo vitulo commissum, fute ostendunt *Bechaj in legem fol. 180. col. 4. edit. Cracov. Salomo Ebraim in Celi jacar fol. 108. col. 3. edit. Pragæ. Tanchuma edit. Mantuana fol. 84. col. 4.* Fuisse juvencam hanc epitomen totius legis, inculcat *Berachias in Cheleck sieni Missera Barcheb fol. 15. & 16. edit. Amstelod.* Nam medianibus sive intervenientibus oblationibus accipiebant Judæi gratiam divinam, docente *Isaaco Adarbi in Sepher dafre Schalom, edit. Venet. fol. 142. col. 2.*

## XVI.

Quia itaque ipsimet Judæi concedebant vaccam rufam esse tyrum, & illa lustratione corporali adumbrari lustrationem spiritualem, sive mundationem a peccatis, hinc melius instruebat eos auctor Epist. ad

ad Ehr. c. 9. comm. 13 & 14. docens, aquam illam  
lustralem præfigurasse lustrationem sanguinis Christi  
mundantis a peccatis.

### XVII.

Cum autem David hymno 51. commate nono,  
expiationem hyssopo fieri vehementer cupit, utique  
ad hanc lustrationem, qua hyssopus aqua juvenæ  
cineris mixta tingebarur, alludit, & remedium exoptatissimum munditiei, omnes etiam victimarum sanguines superans, a Deo expectat; ut sicut aqua lustralis corporalem immunditiam maximam, a qua ne sanguines quidem liberare poterant, tollebat; ita Deus peccatorum, foeditatem enormem plane, & summam tollere a Davide gratiose clementerque veller. Nam David dicit: expia me hyssopo; aquæ autem illæ lustrales vocabantur aquæ expiatoriæ, nec mundari homines hyssopo dicebantur, nisi eo modo, ut diximus, conspergerentur; ut taceamus aspersos lavasse se, unde etiam lotionem subjicit David. Vid. *Levitic. 14. 51. 52.* Non tamen aspersio & lotio ceremoniam eandem indicant, sed sequebatur asperionem Loto.

### XVIII.

Itaque negamus ad leprosum respici, ut arbitrat *Thom. de Blanc.* in h. l. scribens: quia David dicit, *audiri meo dabis gaudium, illum respicere ad leprosum, cujus auris tingebarur sanguine cum lana cocci-*

nea & hyssopo; præterea maculam lepræ notare maculam peccati, nec ullam fieri mentionem cineris, ut ad lustralem aquam hæc revocari verba debeant; sed Resp. lepram adumbrasse peccatum minime inficiamur, sed ad aurem leprosi respici quis aſſerat, imprimis cum pollices etiam leproſorum tingerentur, quorum nullum in verbis Davidicis eſt veſtigium. Quod majus eſt, leproſi non tingebantur hyſſopo, ſed tingebantur cauda & alis avis vivæ, hyſſopo, lanæ concinnæ, & cedrino ligno circumvolutis, & in ſanguinem avis mactatæ immerſis, juxta *Maj. de lepr. c. ii.* quæ tinctio æque hyſſopo adſcribi nequit, quam adſcribi lanæ vel ligno non deber. Nec opus erat meminiffe cineris, cum ex verbo *expiandi* ſatis intelligatur aqua expiatoria, cineribus mixta. Idem reſpondetur *Grosio in h. l.* ſimiliter ad leproſorum hyſſopum confugienti, & *Georgio Heſero*, comm. in h. l. iridem hanc aſperſionem cum leproſorum aſperſione, & aſperſione ſuperliminaris & poſtium conferenti. Sed poſtes, & ſuperliminaria non dicebantur expiari hyſſopo. Denique *B. Geſn.* in h. l. hanc aſperſionem quidem etiam ad aſperſionem leproſorum, & Ægyptiacam ſimul revocat, facile tamen concedit expiandi verbum in h. l. innuere lustralem aquam; imo ſi hyſſopus ad leproſi nunditiem faciens huc trahi deberet, quidni etiam hyſſopum vaccæ ventri inferum huc traheremus? Quæ etiam reſpondentur *Quiſtorpio in Pf. ſi. p. 441.*

## XIX.

Ut ad alia veniamus, *Schindlerus* recenſente *B. Geſn.*

epo



era, in h. l. autumat in *Lexico fol. 48.* fasciculo hyssopi & sanguinem victimarum & aquam nostram lustralem spargi debuisse; Sed sanguinem victimarum crateribus, victimæ autem, pro peccato casæ, solo digito fuisse sparsam passim inculcant Judæi veteres, in primis *Majmonides in doctrina de Sacrificiis, & Jarchius in Leviticum;* unde ab eo modeste dissentimus.

XX.

Aliam fovet sententiam *B. Backius,* tribus hyssopi caulibus eleganter alludi ad mysterium Trinitatis existimans, in h. l. Forrassis autem caulem ita concipit, prout uno constat stipite; Faverent quoque Hebræi, nisi cuilibet cauli ad minimum unum debuisse adherere ramusculum constanter affirmarent *juxta Majm. 1.º Para c. 11. §. 1.* si itaque sine ramis considerentur caules, habet quod vult Vir literatissimus. Quando autem in purificatione leprosi hyssopi aspergillum fuisse adhibitum eodem in loco docet, de hyssopo pennis avis circumvoluta intelligendus est.

XXI.

Relinquitur igitur, optime Davidem respicere ad ceremoniam lustralis aquæ, cum tingi a Deo hyssopo cupit. Sed nec illud omitrendum est, *Pinedam de rebus Salomonis, cap. 12. num. 7.* per hyssopum intelligere Adiantum, sive capillum Veneris, quam herbam perpetuo virescere, & folia ejus, aqua perfusa, non



malesieri, sed semper manere sicca docet *Mattbias Martinus in Etymologico in voce: Adiantum.* Ast Hebraei scriptores hyspum intelligunt illam, quæ absolute ita vocabatur, nec græca nec Romana, nec alia appellabatur, & cibus inferviebat, juxta *Mischnam Parac. II. §. 7.* & in h. l. *Obadiah de Bartenora.*

## XXII.

Nec præteriri interpretes *Vinarienses* debent, qui *Psalm. 51. 9* commentantur, in atrio tentorii conventus sanguinem fasciculo hyspopi fuisse sparsum, & allegant loca *V. T. Ex. 12. 22. c. 24. 8. Lev. 14. 4. 7. Num. 19. 18* Quorum ut interpretemur tacentem, cerium quidem est, *Exod. 12.* hysopo sanguine madida tinctos fuisse postes, cum limine superiore, sed illud in atrio fuisse factum nolunt asserere. *Exod. 24. 8.* dicitur, populum fuisse sanguine conspersum, sed non volunt dicere illud factum hysopo esse, sed craterem more solito *Lev. 14.* hysopus quidem conjungebatur cum aspersione sanguinis, sed fasciculum hysopi ibidem non intelligunt. Denique *Num. 19.* quidem scribunt, quod fasciculus hysopi, ad aquam lustralem adhibitus, ex ligno cedrino, hysopo, & lana cocinea fuerit confectus; cuni tamen salus hysopi usum, in lustratione fuisse constet; excusari tamen potest, quoniam si hysopus esset minor, alligabatur ligno & filo cocineo, forte laneo, confringebatur, utur ordinarie solus hysopi fasciculus lustrationi congrueret.

XIII.

XXIII.

Quodsi *Coccejus* in doctrina hac de hyssopo confularur, persuadet sibi *in comm. in Psal. 51.* fasciculum hyssopi, manubrio cedrino alligatum, inque sanguinem aviculæ jugulatæ mersum, lustrasse hominem leprosum; cum tamen sanguis hyssopi aspergillo non derivaretur in leprosum, sed cauda alisque avis vivæ, quæ loco aspergilli erant; sanguinem exciperet; Licet enim hyssopus candæ esset involuta, non tamen fasciculus hyssopi lustrationi huic idoneus concipi mente debet, adeoque ad hanc expiationem, de qua *David* loquitur, referri nequit.

XXIV.

Melius sentit *Lucas Osiander*, qui in *Psal. 51.* aspersorium intelligi ex hyssopo confectum, & aqua cineribus mixta tinctum rectissime asserit. Cum autem contactu rei immundæ pollutos hac aspersione fuisse emendatos dicit, verba ejus de pollutione ex cadavere contracta, non de pollutione qualibet accipienda sunt. Hinc frustra *Iosatum* in *Num. 19. quest. 4.* laudat *Spencerus de leg. Hebr. l. 2. c. 15. p. 391. edit. Cantabr.*

XXV.

Sicut autem hyssopus hæc, de qua loquimur, aqua viva, sive fontana madere debuit: ita apud gentiles aqua viva amabarur in sacris. Unde de flumine vivo *Virgilius* & *Aurelius Victor*, de vivo rore *Ovidius*, de

de viva lympha *Valerius Flaccus*, de vivo amne *Silius* passim commentantur. Loca collegit *Lorinus in Num. f. 19, v. 17. seqq.*

## XXVI.

Cur vero verterint Hebræam vocem Esoh Hispani per vocabulum Origano, disquirat *Ludovicus de Dieu, in animadversionibus in V. T. libros omnes p. 346.* scribens, *Disforidem* asserere, Origanum non admodum hyslopo esse dis simile. Ad Hebræi non herbam hyslopo similem, sed hyslopum proprie dictam ad iustrationem arbitrantur fuisse necessariam.

### Corollarium.

Dubla *Campegii Viringa*, que sacrarum observationum *libr. 2. p. 248. seqq.* movet, contra *Job. Seldeni* sententiam, existimantis sacerdotem summum instar literæ Græcorum X, fuisse unctum, facile solvuntur; si literas Caph, Nun, & Teth iaversas concipiamus, ut *Bartenora* docet. Sic enim cum inferioribus cruribus literæ X, quodammodo conveniunt. Sic etiam figura Gimel defendi potest.

FINIS



Ung. VII 28

= [Dissertationes theol.  
Vol. 7 2.]


ULB Halle  
001 831 976

3



1017=00





I. N. J.

LVSTRATIONEM  
HEBRÆORVM,

ad explicanda commata,

*Pſalm 51, 9. & Hebr. 9, 13. 14.*

h. e.

Von den leiblichen Reinigungen  
der alten Hebräer,

PRAESIDE

THEOD. DASSOVIO,

Ling. Sanctæ & Orientalium reliquarum  
Prof. Publ.

publice exponet

M. GEORGIUS HANER,

Schäsburgo-Transylvanus,

*In Auditorio Majori,*

Ad diem 21. Decembr. A. clb lbc XCII.

---

recuf. WITTENBERGÆ, 1735.  
LITERIS JOH. GODOF. SCHLOMACHII. (2)